Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



alia ancilla & ait his qui erant ibi. Et hic erat cum
ihu nazareno. Et negauit iterum cum iuramento. Quia
n̄ noui hominē. Et post pusillum accesserunt qui
stabant & dixerunt petro. Vere & tu ex illis es. Nam &
loquela tua manifestum te facit. Tunc cepit detesta
ri & iurare quia n̄ nouisset hominē. Et continuo gallus
canteauit. Et recordatus est petrus ubi ihu qd dixerat
priusq gallus cantet ter me negabis & egessus foras
fleuit amare. Mane aut facto consilium inierunt oēs
principes sacerdotū & seniores ppli aduersus ihm ut eum
morti traderent. Et uinctū adduxerunt eū & tradiderūt
poncio pylato p̄sidi. Tunc uidens iudas qui eum tra
didit qd dampnatus eēt penitencia ductus retulit tri
ginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens.
Peccauī tradens sanguinē iustum. At illi dixerunt. Quid
ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo recessit
& abiens laqueo se suspendit. Principes aūt sacerdotum
acceptis argenteis dixerunt. Non licet eos mittere in corbo
nan quia precium sanguinis est. Consilio aūt inito eme
runt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter
hoc uocatus ē ager ille acheldemach hoc est ager san
guinis usq in hodiernū diē. Tunc impletū est qd dic
tum ē p ieremiam pphām dicentē. Et acceperunt triginta
argenteos precium appreciati quē appreciauerunt a filiis israel
& dederunt eos in agrum figuli sicut constituit illis do
minus. Ihs aūt stetit ante p̄sidem & interrogauit eū p̄ses
dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit illi ihs. Tu dicis. Et cum
accusaretur a principibus sacerdotū & senioribus nichil respon